



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 116. Turcarum apparatus ad Agriæ Urbis obsidionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

## §. CXVI.

Sæcul. XVI.

A.C. 1552.

*Turcarum apparatus ad Agricæ urbis  
obsidionem.*

Cum incolæ a Mahomete deditionem  
facere per tubicinem juberentur,  
nutu, non voce responderunt, & ere-  
cto in muri pinnis feretro, quid suæ vo-  
luntatis esset, tubicini ostendunt, atque  
declarant, se sepulcrum electuros po-  
tius, quam deditionem facturos.

*Chalcond.l.c.**Thu.hist.l.10**Sambuc.in**append.ad**Bonf.Natal.**l.5. & 6.**Isthuanff.l.**17. & 18.*

A Turcis igitur dispositis ad majoris  
templi partem viginti quinque belli tor-  
mentis, & totidem ad illam, qua col-  
lis impendet, totis quadraginta diebus  
verberatio continuatur, summaque mu-  
ri, & turrium dejecta parte præfidiarii  
nequaquam animo consternati erant,  
sed stationibus sæpius renovatis, du-  
ctoque interius profundo aggere fortiter  
se defendebant: cumque una die hostis  
ter impetum totis viribus fecisset, ter  
repulsus est; nec validis hisce Turcarum  
insultibus civium animus frangebatur,  
quapropter Mahometes infracta obsessio-  
rum fortitudine concitatus urbem omni  
ex parte admotis scalis oppugnare im-  
perat: verum aucto Turcarum impetu  
Hungarorum quoque virtus crescere vi-  
debatur, quinimo ipsæ etiam mulieres  
nullo pacto masculorum fortitudini ce-  
dentes, tam stupenda magnanimitatis

F f 5

spe-



Sæc. XVI.  
A.C. 1552.

specimina edebant, ut magis heroica ab imbecilli earum sexu nullo unquam tempore expectari potuissent.

## §. CXVII.

*Turcæ obsidionem Agricæ solvere compulsi.*

*Chalcon. p.*

**T**urcæ adeo insolita Hungarorum constantia perterriti, ac aliunde lue per exercitum grassante viribus admodum exhausti die decima octava Octobris obsidionem solverunt, & Achmetes quidem Budam, Mahometes vero Belgradum, seu Albam Græcam cum exercitu secessit; Præsidarii Acrienses comperta Turcarum fuga sedulas vigilias agebant, veriti, ne quoddam stratagema lateret: cum vero obsidionem penitus solutam cernerent, circiter duo præsidiariorum millia erumpunt, totoque impetu in postremam Turcarum aciem solutis ordinibus fugientem irruunt, atque opima præda onusti ad urbem revertuntur: ceterum cum Hungarici Regni Proceres rebus suis pacem cum Solimano magis proficuum fore crederent, datis ad Ferdinandum literis rogarunt, ut ipsis de concordie pactis agere liceret: Annuente igitur Ferdinando hanc in rem Legati deputantur plena facultate instructi, qui erant Antonius